

<sidan 18>verensstämmor med förnuft och mänsklighet: så lemnas ledamöterna af Presteståndet fritt val, att förvandla sig till folklärare, i hvilket fall de skola njuta ett anständigt underhåll af Staten; börandes de likväl i fina föredrag stricte hålla sig efter den ritual och instruction, som Riksförsamlingen nu för dem utfärdar, i enlighet med Strauss' förklaring af Gamla och Nya Testamentets skrifter, sådan den i svensk öfversättning, jemte ändringar och tillägg blifvit allmänheten från Aftonbladstryckeriet meddelad, äfvensom det åligger dessa Folklärare, att hos folket i synnerhet inskräpa läran om människans rättigheter. Men hvar och en Prest, som icke vill ställa sig förenämnde instruction till efterrättelse, vare sin tjänst och embete förlustig, derest han vidare understår sig, att fortplanta den forna vidskepelsen om en Gudamänniska på jorden o.s.v."

Quid? cunctabuntur? Non parebunt opinor plebiscito. Videlicet relictis piscibus sequentur Chriftum ista præclara ingenia, qui jam proximis hisce comitiis ne verbo quidem tangere ausi sunt gravissimas vitæ et necis quæstiones, ne nimirum in invidiam atque fuspicionem incurrerent apud contrariæ factionis patronos. Immo vero, non modo parebunt, sed lætabundi et cum gratiarum actione acceptabunt conditionem, atque in decreto decretorum "*maximas se agere atque habere gratias, inquit, humanitati populi, quod se salvos atque incolumes esse voluit, cum parvula mutatione tituli atque officii, ut scilicet pro Christo atque Evangelio prædicarent Politiam.*" Mendacium! Blasphemia! Infamia! Non eft possibile. Audio; vellem et ipse ego divinationem meam <sidan 19> perituram in hoc ipso momento, nisi historia, rerumque humanarum confideratio aliud svaderent. In memoriam vobis omnibusque dubitantibus revocanda est non minus memorabilis illa, quam miserabilis nationis Gallicæ seditio, atque horrenda omnium humanarum divinarumque rerum perturbatio; cum, libertate populo restituta, occiso rege, innumerisque civibus trucidatis, immortalitatis spes inter maxima pristinæ superstitionis deliria habebatur, ipsiusque Dei existentia in dubium vocabatur; quam ob causam omnium crudelissimus tyrannus Robespier, ne popularitatem suam apud plebem amitteret, demum coactus suit in conventu publice demonstrare existentiam Dei, animæque humanæ immortalitatem, quo suffragante fit decretum populi: "*quod sit Deus, quodque anima sit immortalis.*" Quid fecerunt in simili casu, cujus supra mentionem secimus, ingenia illa præclara, quæ paulo ante elata et prævilegiis sreta vix sub eodem tecto cum alterius ordinis membris deliberare de statu reipublicæ sustinuerunt? Hilares opinor et libenter mortem atque exilium pro religione Catholica, ad quam conservandam atque defendendam omnes sese jurejurando obstrinxerant, subiere. Immo vero, non modo non cervices præbuere, sed præcunte Archi – Episcopo Lutetiano, comitantibusque ceteris Espiscopis, Doctoribus, Presbyteris et Sacerdotibus, religionem Catholicam publice, *tamquam summam stultitiam atque superstitionem,* coram frequentissimo tribunorum plebis conventu abdicarunt, abjuraverunt, deposuerunt. Et quodnam suit

præmium denegatæ religionis ac fidei? Ipsi videatis, ex historia erudiamini. Sed satis dixi; cetera divinabitis ipsi.